

oro characterem, cum forte numquam videre contingat
Tuum opus si Bibliothecarius nostrae academiae non acci-
piat.

Adeoque jam evomuit omnem suam bilem in me Crant-
zium.

Cuffea Brown non aderat in ipsi Herbario Brownii,
quod totum emebam Londino, ante ejus discessum. Quaeso
des mihi characterem Cuffeae viscosae Tuae, uti eum habes
in Tuo opere, una cum pagina.

Tuus

Car. Linné,

Upsaliae 1773, d. 16. Novembr.

74.

Vir illustris!

- 121. *Inula ensifolia* omnino.
 - 191. *Hieracii murorum* varietatem esse non crederem.
 - 121. *Euphorbia falcata* potest esse.
 - 138. *Orchis* non potest esse varietas alba, cum nulli
dentes supra labium.
 - 115. *Potentilla alba* non est. Quinquefolium 3 non
habetur cum figura in mea editione.
 - 134. *Inula germanica* sic est.
 - 194. *Conium africanum* sic est.
 - 196. *Ammi copticum* non bene novi.
 - Kua Hort. mal. XI. t. 7.
 - 133. *Lythrum hyssopifolium* bene.
 - 169. *Astragalus montanus* bene.
 - 118. *Campanula alpina*, non memini, habeo hanc ruri.
- Videbo proxime.
- 128. *Myagrum saxatile* bene.
 - 165. *Tozzia alpina*, optime, an crescat in Horto.
 - 106. *Helleborus viridis*, sic vulgaris.